1402 ultimis 9bris Ex Arch. Calvi Montis

39

Nos Albertus de Wamberberw Judex et Nicolaus de Arzel ce Subjudex Terre Sandominens Ducales. Tenore presentium recognovimus. Universis quod cum Honorabilis ac religio sus Vir Dnus Mathias abbas cum Conventu suo Monasterij calvi Montis citassent et citare procurassent Nobilem Stani slaum Heredem de Woynowice pro eo quod viam seu semi tam per agros seu lanes fecisset, que incepta fuit quodam Monticulo jacente in parte sinistra juxta Laneos prefatos recte ad Woynowice ad villam dictam Modborzyce ad mis sam eundo seu equitando Tandem in termino presentibus hinc inde coram nobis Assignatis comparentibus idem Stani slaus in presentia nostri viam prenominata seu superius expressa se omino abrenuntiavit et in perpetuum ab eadem recessit nihil ominus aliquo jure equitandi aut eundi pro se penitus retinendo. Nos itaq visa abrenuntiatione Stanislai prelibati Dno Mathie abbati prenarrato una cum Conventu ipsius viam predictam adjudicavimus, nunc perpetualiter adjudicavimus. Stanislao saepe fato pro via eadem perpetuum silentium imponentes. In cujus rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa Datt Opatovie post Festum Beati Clementis Año Dni Millesimo Quadrin gentesimo secundo Presentibus his Dnis testibus ac Nobi libus viris Dnis Dorslao de Busslowice Boguslao de Gnoma dzice Andrea de Czaynocyce Nicolao de Sypatno Vitkone de Swiezna, Marco de Pofronna Heredibus ac aliis quam plurimis fide dignis.